



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

López, Luys

Lvgdvni, 1588

De conclusionibus quæ sequuntur ex principijs cap. 213. probatis circa
restitutionem fructuum stando in iure naturali tantum. Cap. XCVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41259

licet officij, vel beneficij, quidquid sit postea de restitu-
tione, de qua postea venit à nobis dicendum.

¶ Idemq; prorsus ferendum est iudicium de capella-
ria, qui per singulos dies, vel duos vel tres conducuntur
stipendio sustentationis ad sacra peragenda, quia isti eo-
rum, vel diebus quo, vel quibus intermittunt peragere sa-
cra, non faciunt stipendium, vel denarium diurnum suū.
¶ Qui per annū vel perpetuo ad celebrandas missas con-
tractatur, licet missas dicendas omiserit, quia titulo non
tenet, facit fructus suos, quidquid sit de restitutione, de
qua nihil modo, sed postea dicturi sumus.

¶ Ultimo verò venit considerandum quid in hac parte
iuris naturale, & quid diuinum, quid vè humanum, &
quid tale humanum sit pœnale non obligans ante con-
demnationem, an vero sit conditionale impediens transla-
tionem dominij, scilicet ante condemnationem obligans
in conscientia.

*(De conclusionibus que sequuntur ex principijs cap. 213. pro-
batu circa restitutionem fructuum stando in iure natura-
li tantum.)*

C A P. X C V I I I.

¶ Ordo quoniam ultra quam voluimus, produximus
disputationem præiacientes principia, atque funda-
menta, & ne grauaremus lectorem disputationis succidi-
torem telam, hic seorsum statuimus conclusiones, quæ ex
predictis documentis elici videntur.

¶ Quarum prima sit, beneficiarij non residentes ea-
rum damna reparare tenentur, quæ ex eorum absentia
defectu sunt orta. Pater hæc conclusio, primò ex regula
illa celebri restitutionis, scilicet qui cum tenetur ex offi-
cio oblatore damnis, eis non obstat, obligationem ea resti-
tendi contrahit: sed talis est huiusmodi beneficiarius,
quippe qui ex officio vestes, ornamentaq; ecclesiæ ne de-
trahantur, & possessiones ecclesiæ conseruare in statu
tenetur ne pereant, aut in peius abeant, ergo si ex sua in-
curra detrimenta contingant tenebitur ad ea restauranda.
¶ Quod etiam secundò exemplo pastoris materialis confir-
matur, is enim si se desidem, negligentemq; exhibuerit in
custodiendo

custodiendo gregem, ad omnia damna sua incuria contingentia domino gregis reparanda tenetur, sicut etiam si curam pascendi non adhibuerit. Nam etiam custos motuum nisi recte custodierit, damnaque inferenda vitare, ipsum quoque ad ea damna resarcienda, plane obligamus: ergo beneficiarius, si cum sit pastor, non pascit spiritualiter, ex pastus defectu, vel aliunde damna provenientia tenebitur restaurare. Hæc conclusio tantum ab ea ab ea dissentiat aliquis, ut sit communiter recepta.

¶ Secunda verò statuitur conclusio, beneficiarius, qui adeptus est præbendam, cui ex dono regis, vel fidei alia bona sunt annexa, si neque per se, neque per alium residentiam præstiterit ad restituendum non tenetur, nisi forsitan in donatione aliqua expresse adiecerit conditio, quæ per talem beneficiarium non sit impedita. Hæc conclusio patet ex exemplo de religiosis, quibus multa bona à fidelibus concessa sunt, ut Divus Thomas tradit, quæ illis citra conditionem ullam expressam donata sunt, quare eos obligatione restituendi, non oneramus, ergo neque in casu conclusionis vlla emergit obligatio restitutionis, cuius potissima ratio redditur, scilicet quia in tali donatione bonorum facta à fidelibus, annexæ beneficijs modus quidam, ut more iuristarum dicimus intercessit tantum, & non conditio, ob quam collata fuisse dicantur.

¶ Unde inferitur Episcopum Toletanum, siue residentiam exhibuerit, siue non, ex bonis tali donatione possessis, ad ullam restitutionem non teneri. Sicut etiam in hoc casu non residentiam, beneficiariorum, & episcopi ex tali dono fidelium possidentes possessiones, & prædia ad amplius beneficia, seu ad statum temporalem episcopatus adaugendum, liberi à tali restitutione esse dicuntur. Fatentur autem quod si in tali donatione aliqua interfuisset conditio, scilicet quod certæ missæ dicerentur, vel anniversarium celebraretur, ommissio horum quando neque per se neque per alios id muneris, beneficiariorum explerent, induceret obligationem restituendi, sicut etiam si titulo stipendij hæc bona consignata essent œconomis, aut thesaurario ecclesiæ, ut his officijs fungerentur, si his suis officijs defuissent, pari ratione restituere tenerentur, sicut beneficiarius.

2 D. Tho.
2.2. q. 187.
art. 4.

beneficiarij decimas percipientes, neque sua ministeria gerentes ad restituendum manent astricti.

¶ Tertia conclusio beneficiarij, qui per se, siue per aliū non exhibent ministerium debitum iure diuino, eodem quoque iure, bonam maximāque partem fructuum restituendi obligatione tenentur, non tamen ad omnes fructus tenentur, & hoc siue beneficium fuerit curatum siue non. Cum autem conclusio hęc duabus constet partibus, utraque pars venit probāda & probatur. Primò prima, nā stipendia hęc ob ministerium impenduntur, tanquam ob causam principalem & conditionem; ergo non impleta conditione, obligatio exurgit restituendi. Quam etiā corroborant argumenta supra cōtra Syluestrum excogitata.

¶ Secundò patet, nam & capellanus suum officiū offerendi sacra non adimplens ex iustitia sit obnoxius ad restituendum bonā partem, ergo & etiā ceteri beneficiarij, sua officia pratercuentes, neque ea adimplentes.

¶ Tertio, quia absurdissimū prorsus videtur, & ab omni abhorrens ratione, quod is beneficiarius particeps fiat omnium fructuum, qui nullum exhibet ministeriū. ¶ Secunda verò conclusionis pars tum ex documentis præiatis allucescit, & ex exemplo supra allato capellaniæ, tum quia licet talis beneficiarius non ministret, tamen titulo, & cura & obligatione ministrandi non caret, pro quibus poterit sibi aliquid ex fructibus vendicare, quod quantum sit illud aliquid, arbitrio prudentum relinquatur librandum. Hoc autem constitutissimum est illud ad minimum tali beneficiario fore restituendum, quod sufficiens stipendium foret loco suo vicarium ad substituendū idoneū. Quod si populus defectu sui beneficiarij coactus est conuenire sibi ministri, quidquid stipendij huic ministro impensum est à populo, populo restituendū est à beneficiario. Sed in curatis semper contingit relinqui vicarium, in simplicibus vero non sic, quare in his simplicibus certam aliquam non possumus præstituerē regulam.

¶ Quarta conclusio, stādo in iure naturali, de quo nōc agimus, nam postea resolutoriè dicemus, quod est tenendum, stādo prædictioni iuris ecclesiastici positiui, conclusio inquam est. Beneficiarius qui ministrat per alium siue in curatis beneficiis, siue simplicibus, ad omnes fructus

II. Pars. F.L. Lopez instr. Consc. Q

fructus restituendos obligatione non est astrictus. Imò in simplicibus ad nihil videtur teneri, dum tamè per idoneum vicarium subministrat, sed in curatis ab aliquo restituendo non omnino manet liber. ¶ Quia verò conclusio hæc non vna sola constat parte, quo ad eius partem primam iam patescit ex tertia conclusione præcedenti. Secunda verò eius pars patet, quia nulla apparet interuenire inæqualitas iniustitiæ comparatiuæ, si in simplicibus beneficiarius non residens, sed suum beneficium explens per alium, nihil restituat.

¶ Sed tertia pars quæ restat probanda patet, quia regulariter beneficiarius curam gerens animarum, cum neatur ex iustitia suo adesse ministerio, vix per alium iustitiam impleret ministerium quod à se ex iustitia erat subeundum, quod & docuit dominus in Euangelio dum ait mercenarium fugere, eo quod mercenarius est, cuius enim non sunt oues propriæ, parum curat de pastu ouium, ut de insultu luporum, & quia regulariter moraliterque loquendo dispendia, damnaque rerum temporalium & spiritalium contingunt oriri ex eius absentia, licet non nisi oculum interdum apparere videantur. Cùm ergo iste suum ministerium per se implere subterfugiendo, operâ detrahit, ac per consequens teneatur de culpa, nihil mirum, si ad aliquid arbitrio boni viri restituendum obligatum. Hic decernamus, etiam cum non ita euidenter damna apparent, nam si omnino manifesta forent non esset locus dubitandi, sed iuxta prædicta essent integrè reparanda.

¶ Et tandem vltimò corroboratur etiam quia in hac prima opinio habet veram, quia illa obligatio est personalis & stipendium est personale maxime in curatis, ergo etiam si interseruant per alios substitutos, non ob id aliqua restitutione facienda, liberantur beneficiati curati.

¶ Quinta conclusio, dum aliquis beneficiarius regulariter residet, si paruo tempore absit, etiam si aliquam paruam negligentiam incurrerit, pro rata temporis ita in solo iure naturali non esset obligandus restituere, nisi inde euidenter pateret subsequutum fuisse aliquod damnum, de quo secundum regulas prudentiæ veniret iudicandum. Hæc conclusio exemplariter comprobatur, sicut in aliquo beneficiis, si quis per 8. vel quatuor dies abfuerit, dum regulariter

lariter resideat, nulla poena mulctandus venit. ¶ Deinde hoc apparet, quia institutores praeendarum probe noverant aliquas similes negligentias fore committendas, & tamen conniventes pertransierunt nihil pro his imponentes poenae.

¶ Ad idem dicendum esse videtur, dum beneficia sunt simplicia & tenues habentia redditus. Nam tunc visum est quibusdam, quod talis beneficiarius etiam si neque per se, neque per alium, suum ministerium impleat, si tamen alia ministeria clericorum peragat, ut recitare horas, non videtur ad aliquid restituendum obligandus, tum, quia titulo potitur, tum, quia inseruit ecclesiae vniuersali, & quia communiter talis laborat paupertate, cum ergo sint pro utraque parte opiniones, non videtur ad talem restitutionem in conscientia, ante condemnationem iudicis obligandus, quale sit autem beneficium paruum, aut magnum: secundum regulas iuris, & prudentiae venit pensandum.

¶ Sed quia praedictae conclusiones, earumque rationes solum vigorem obtinent persistendo in iure naturali: ideo quod stando in iure nouo Concilij Tridentini de facto, & in conscientia tenendum sit, expediamus oportet. Ante vero statuendas conclusiones, praenotasse breuiter oportet non solum episcopos, sed etiam parochos iure diuino, ad residendum in suis parochiis, ad praedicandumque populo teneri obligatione. Hoc autem praenotamentum ex Concilio Tridentino Sessione vigesima tertia, capite primo de reformatione videtur esse collectum, quia alibi hoc non aperte apparet, inquit Nauarrus, b expressum, nam capite illo primo de reformatione sic edicitur cum praecipitur diuino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere, pro his sacrificium offerre, verbique diuini praedicatione, sacramentorum administratione, ac bonorum omnium operum exemplo pacere, pauperum aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerere, & in caetera omnia pastoralia incumbere, quae omnia ab iis nequaquam praestari & impleri possunt, qui gregi suo non inuigilant, neque assistunt.

¶ Secundum praenotamentum iacitur, quod quamuis conscientia, ut elicitor ex isto loco Concilij Tridentini sit de iure diuino, tamen inter eas causas rationabiles,

Qo. 1.

b Nauar. Sum. Lat. cap. 25. nu. 123.

Q 2 quæ

c. Sess. 6.
cap. 1.

quæ excusant à residendo pro tempore sunt Christiana charitas, vrgens necessitas, debita obedientia, ac evidens ecclesiæ, vel reipublicæ utilitas id postulans, ita Conciliū Tridentinum ꝑ̄ decernit, & quod causa huiusmodi approbanda est in scriptis à Romano Pōtifice, aut à Metropolitano, vel eo absente à suffraganeo episcopo antiquiori residēte, qui idem Metropolitanus absentiam probare debet, nisi cū absentia acciderit propter aliquod munus & reipublicæ officium episcopatus adiunctum, Cuius quoniam causæ sunt notoriæ, & interdum repentinæ, neque eas significari Metropolitanis necesse erit. Potent autem abesse duos, vel tres menses in anno episcopi ex causa, cuius iustitia soli ipsius episcopi conscientia relinquatur. ¶ Addit tamen contrafacienti novam penam ultra peccatum mortale, & pœnas statutas per canones antiquos.

¶ His præmissis est prima propositio, scilicet nūc iuxta novas sanctiones Concilij Tridentini episcopus non residens, nisi sit excusatus aliqua legitima causa iuxta declarationem concilij intelligenda, pro rata temporis absentia non facit fructus suos, & eos perceptos non potest iura conscientia tenere, imo tenetur ecclesiæ fabricæ, vel pauperibus erogare, non obstante ylla compositione. Probatur hæc propositio ex dicta Concil. Trid. sessione, ex quo obiter ait Nauarrus notandum istum casum esse, in quo non prodest compositio. Et hæc statuta Concilij, sicut similis, quam fert de curatis, non est censenda esse pœnalis, vt non obliget ante condemnationis sententiam, quia expressioribus verbis nequirit concilium declarare illos statim fructus in conscientia ante condemnationem fore restituendos, quam dicendo quod etiam perceptos fructus non possit episcopus non residens iura conscientia retinere, imò quod teneatur ecclesiæ fabricæ, aut pauperibus erogare.

¶ Secunda conclusio curati inferiores, & alij quicunq; qui beneficiū aliquod ecclesiasticum curā animarum habentes obtinent, legitima causa nō excusati, si nō residēt, ultra culpam mortalem, amissionē fructuum pro rata temporis absentia, cæterâsque pœnas statutas per canones antiquos incurrunt, nec faciūt fructus suos pro tempore, quo sic

quo sic fuerint absentes, neque tuta conscientia illos rennent, nulla etiam declaratione superueniente, neque sibi in hoc prodest refugium compositionis, quare domino fructuum videntur in hoc casu priuari, imo vt rectius dixerim translationem dominij in eos, Concilium Tridentinum ita impedit, vt illud sibi non acquirant. Quare hæ conclusiones duæ, ita in practica obseruandæ veniunt. Patet ex eodem Concil. Trident. Sessio. 6. decernit tamẽ, & declarat eadem sancta Synodus, quod quando huiusmodi parochos, vel curã animarum gerentes causa prius per episcopum cognita, & approbata abesse contigerit, vicarium idoneum ab ipso ordinario approbandum cum debita mercedis assignatione ipsi relinquunt.

¶ Addit verò, & de his curatis conciliũ dicens, discedendi autem licentiam in scriptis, gratisque cõcedendam vltra bimestre tẽpus, nisi ex graui causa non obtineant.

¶ Super quam literam dubitate visus est Nauarrus de Qõ. 2. sensu, quo sit intelligenda an modo ad abesse per duos menses, curati vel curam animarum gerentes indigeant licentia ordinarij data in scriptis, & licet fateatur hanc literam in vtramque partem flecti posse, tandem arbitratur parochum posse abesse duos menses absque licentia scripta, dum modò id faciat cum causa, quæ videatur ei iusta, tum, quia ante concilium id licebat, & à iure antiquo non est discedendum sine iure nouo expresso, quæ summe necessaria est cognitu regula, & patet. l. præcipimus. C. de appellationibus, etiam per argumentum à contrario sensu capitulo à nobis. secundo. de sententia excommunicationis, tum, quia episcopo qui magis teneretur reside- re, sic permittitur, tũ, quia verba cõcilij habent, eadẽ omnino seruanda esse quoad hoc in curatis inferioribus, que in episcopis, tum denique quia hæc pars est benignior.

¶ Si verò quis quærat an Papa possit dispensare, & remittere hæc omnia, is hoc habeat respõsum quod in pœna seu pœnis, & in omni eo, quod est de iure positiuo humano dispensare Papa potest, sed in illo quod est de iure naturali non ita liberè potest, vt in materia de Symonia quaestione 100. 22. art. 6. disputari solet.

¶ An autem capellani regum perinde ac faciunt capellani Papæ fructus possint capere in absentia, quaestio est, Q 3 de qua

¶ *Nauar.* de qua dicere Nauarrus ^d dicit se fuisse rogatum Nos au-
Sum. Lat. tem hic iuxta mentem eius, & verba, respondemus affi-
 c. 25. num. matiue posse quidem illos eos fructus etiam in absentia
 12. percipere licite, si vtrisque tam capellanis regum, quam
 Papæ eiusdem generis priuilegia sunt concessa. Imò &
 magis, si fortè plus sit eis fauore regum concessum, argu-
 mentum capite indultum de regio iure. libro sexto, nec
 Caietanus dissentit ab his, quæ ante concilium, quod post
 eum habitum est, seruanda esse Nauarrus, & nos prædi-
 ximus.

¶ *Quid circa residentiam statutum sit iure positiuo, & de multi-
 plicibus causis excusantibus pro tempore à residentia benefi-
 ciarios vel episcopum.*

CAP. XCIX.

PORRÒ quoniam, & de canonicis, & aliis beneficiariis
 simplicibus non residentibus, quid stando in iure na-
 turali sit, diximus: nunc siquid iure humano positiuo, de
 eis cautum sit expediendum venit. ¶ De iis ergo canoni-
 cis dicitur primò, & de aliis, quorum secundum ius hu-
 manum præcipuū munus est assistere choro, ibique horas
 canere seu persoluere, etiam si præsentibus sint resideantque
 in ciuitate, si tamen choro præsentibus non sint, non faciunt
 fructus distributionum quotidianarum suos: sed eos pro
 rata absentia restituere tenentur. ^a Gabriel autem, & alij
 asserunt alios canonicos horis canonicis in choro inter-
 effentes canonicis non interessentibus distributiones amil-
 las posse remittere, si velint, dum id non fiat in fraudem
 legis, vt ipsi similiter à choro possint impune abesse, &
 hoc verisimiliter dicitur, nam secundum Nauarrum, ^b
 distributiones quotidianæ quas amittunt, qui horis cano-
 nicis in choro non interfuerunt, illis accrescunt, qui
 in illis diebus choro interfuerunt per 1. capit. de clericis
 non residentibus.

¶ De his vero beneficiariis, qui non sunt addicti cho-
 ro si resideant, & tamen sua ministeria non exequantur,
 nihil reperitur in iure expresse. Dicimus ergo de his, quod
 si huiusmodi sint qui ad aliud potissime ministerium ma-
 gis quam ad horas canonicas sint destinati, hac sola
 ratione.

^a cap. vni-
 co. de cler.
 non resid.
 adiuncta
 glossa.
^b Summa
 Lat. c. 25.
 num. 122.